



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

VIII. Fragment einer markgräflichen Schenkungs-Urkunde an das Hospital
zu Salzwedel, vom 22. Januar 1251.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](#)

hoc nobis ipse faciet vice versa. Hujus facti testes sunt gener noster O., dux de Brunefwich, Comes Henrieus de Waldenberch, Comes O. de Reghensten, Comes fridericus de Kerchberch, Wernerus de Puselitz, Olricus, Borggravius de Wittin, Egebertus de Alseborch, Burchardus de Irkesleve, Anno de Hoyenborch, Jufarius Pinckerna et alii quam plures. Ut hec autem condicta et conscripta pro bono pacis inter nos firma subsistant, presentem paginam sigillis nostris fecimus communiri. Actum in placito apud Schistede, anno domini MOCXLV, secunda feria in Rogationibus.

Aus einem Stift. Halberst. Copiarium von neuerer Hand (Cop. No. 101) f. 83, verglichen mit der Copie ebendaselbst No. 343 u. 342. Der Ort Schistede — wie er hier von dem Abschreiber gelesen ist — lautet nach dem Abbrude der entsprechenden Urkunde des Bischofes von Halberstadt Tchisteden (Cod. II, I, 24); nach einer von Wohlbrück (Alvensleben I, 44) benigten Abschrift aber Scheesteden.

*Indumenta et instrumenta huius mundi non possunt inveniendi nisi in scriptis. XI
Sed etiam in annalibus et historiis quaedam sunt.*

VII. Markgraf Otto verfauscht 4 Wispel Roggen aus Cerme für 7 Hufen in Tilske an das Kloster Hamersleben, am 1. Juli 1248.

Otto, dei gracia Marchio Brandenburgensis, christi fidelibus vniuersis presentem literam inspecturis. Vtli de causa prouisum est et necessario adiuentum, vt super commutacionibus scripta conficiantur autentica, per que, ne ea a labili hominum memoria euaneant, in posterum rem gestam possit posteritas comprobare. Nouerint igitur presentes pariter et posteri, quod nos cum ecclesia in Hamersleuen commutacionem fecimus cum bonis quibusdam, que ipsa ecclesia in proprietate habuit in villa Tilske, videlicet septem mansos; pro quibus septem mansos In villa Cerme eidem ecclesie in proprietate quatuor choros filiginis commutacionis nomine assignamus ita, quod dicta ecclesia hos quatuor choros possideat libere et quiete. Vt autem hec commutacio firma et inuiolabilis perseueret, presentem paginam super eo conscribi iussimus sigilli nostri appensione arctius communitam, testes fidelos et idoneas adhibentes, Quorum nomina sunt hec: Aluericus de kerckow, Ernestus de Danneberg, Arnoldus de Bodenstide, Helmericus de malestorp et alii quam plures milites atque serui. Datum Soltwede per manum Henrici, curie nostre Notarii, VII nonas Julii, Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, Indictione septima.

Aus dem Copiario des Klosters Hamersleben (No. 106) f. 6.

VIII. Fragment einer markgräflichen Schenkungs-Urkunde an das Hospital zu Salzwedel, vom 22. Januar 1251.

— Communitam. Huius autem donationis testes sunt viri religiosi fratres Johannes custos fratrum minorum per Marchiam Brandenburgensem et frater Michael et fideles nostri Gheue-

hardus de maldefen, Johannes de Rosow, Aluericus de kercow senior, Bodo de walstawen, Ernestus de Dannenberghe, Conradus de osterborch. Wolterus, curie nostre marschalcus, Arnoldus de Bodenstede et alii quam plures. Datum apud Soltwedel per manum henrici, curie nostre Notarii, anno domini M^o. CC^o. quinquagesimo primo, XI kal. februarii, Indictione Nona.

Aufang des Copiarii vom h. Geist-Kloster zu Salzwedel, dem das erste Blatt mit dem übrigen Inhalt der Urkunde fehlt.

IX. Der Legat Hugo ermahnt zur Wohlthätigkeit gegen das heil. Geist-Hospital zu Salzwedel unter Verheißung eines Ablusses, am 24. März 1252.

Vniuersis cristifidelibus per Alamanniam constitutis, ad quos presentes littere peruenient, frater hugho, miseracione diuina T. T. sancte sabine presbiter Cardinalis, apostolice sedis legatus, Salutem — — — Cum igitur, sicut dilecti in cristo prouisor et fratres hospitalis sancti spiritus in soltwedele verdenlis dyocesis nobis exponere curaverunt, ad sustentacionem pauperum, debilium et infirmorum ibidem confluencium fidelium suffragia noscantur plurimum oportuna, vniuerlitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in domino, in remissionem vero peccatum iniungentes, quatenus de bonis a deo vobis collatis pias ad id elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subuencionem vestram dictorum pauperum, debilium et infirmorum indigentie valeat prouideri ac vos per hec et alia bona, que domino iuspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim — — omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, Centum dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, presentes vero mitti per questuarios districtius prohibemus, Eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Brunswick, nono kalendas aprilis, pontificatus domini Innocencii pape quarti anno nono.

Aus dem Copiarium des heil. Geist Klosters zu Salzwedel fol. 9.

X. Papst Innocenz IV. berechtigt auf Bitten der Markgräfin von Brandenburg und der Herzogin von Braunschweig, ihrer Tochter, das Hospital zum heil. Geist in Salzwedel zum Gottesdienst in Zeiten des Interdictes, am 5. Mai 1253.

Innocencius, Episcopus, seruus seruorum dei, Dilecto filio preposito ecclesie in Jericho hauelbergenis dyocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in cristo filiarum, nobilium mulierum Marchionisse Brandenburgensis et Nate ipsius ducisse de brunswick, per